...nti Thadaei: Sententiae controversae peripateticae pro actu Lunari ad disputandum propositae.

IN NOMINE DOMINI Amen.

SENTENTIÆ CONTROVERSÆ PERIPATETICÆ

Pro actu Lunari ad disputandum

PROPOSITÆ,

atque

Magnifico Perillustri & Admodum Reverendo Domino

D. M. CASIMIRO

STĘPLOWSKI,

Sacræ Theologiæ Doctori & Professori Ejusdemque Facultatis Pro-Cancellario; Collegæ Majori Ecclesiarum Collegiatarum; S. Floriani Clepardiæ ad Cracoviam Decano, in Summo Posnaniensi Cancellario, Parochialis S. Jacobi Casimiriæ Præposito, Librorum per Diæcesim Cracoviensem Ordinario Censori, Ordinandorum & approbandorum Prosynodali Examinatori, Seminarii Academico-Diæcesani & Alumnatûs Roszczeviani Provisori, Studii Generalis Universitatis Cracoviensis amplissimo

RECTORI.

Circa redeuntem Sancti CASIMIRI Jagelonidæ, Regii, Poloniæ & Magni Ducatûs Lithvaniæ, Principis, ejusdemq; Regni Patroni Principalis Suique Tutelaris Festivitatem.

per

M. ANTONIUM THADÆUM CZERCHAWSKI

Phiæ Doctorem, ejusdemque Regium ac Controversiarum Peripateticarum ordinarium Professorem, Collegam Majorem, Facultatis Philosophicæ Regentem.

In votivum Ligamen & recognitionem

Clientalis obligationis ac subjectionis Academicæ, cultu officiosissimo

DEDICATÆ.

In Lectorio Galeni

Annô Domini 1766. imis diebus Mensis Martii.

Cracoviæ in Typographia Seminarii Episcopalis Academ.

MAGNIFICE DOMINE RECTOR,

PATER OPTIME,

PROTECTOR & BENEFACTOR Singulariſſime.

Quô animi ſenſu, quâ voluptate mentis, qua Benevolentiæ Gratiâ, nuper ſub tempus Platonici ſilentii Primitias Lunarium Diſputationum à Schola Politicorum oblatas ſuſcepiſti, eâdem, à Peripatetico Profeſſore Philoſopho Sententias, eſto controverſas, minimè tamen Senſui Tuo diſſonas ſub tempus anniverſariæ Sancti Tutelaris Tui Celebritatis in votivum officioſæ Gratulationis argumentum ſeſe Tibi offerentes non dedigneris acceptare. Oporteret me quidem ingenuè fateri, hanc ſynopticè collectam Scholaſtici laboris mei oppellam, ex eo; quòd ſatis exiguam & parum cultam, atque ſic Tuis Manibus minùs dignam offerri Tibi videas, controverſiisque acſi animorum tranquillitati officientibus vacantem deprehendas; non Clementiæ Tuæ Favore donari, quinimo ſeveriùs reprehendi debere. ni ſcirem, Te voce populi Benigniſſimum, conſenſu Sapientum in regendo Rempublicam Literariam Feliciſſimum, publica atteſtatione Magnatum, Optimum Patrem dici, æſtimari, ſcribi & ita eſſe defacto, vel ideo potiſſimùm: quòd licetſi Tuarum magnitudine virtutum, meritorum Gloriâ, indefeſſa, quametſi grandæva inter irrequietos pro Bono Communi labores, Senectute, omne laudationis & ſatisfactionis ex ſuperes genus; nihilominus cunctis æſtimatoribus cultoribusque Tuis ita Te facilem affabilemque exhibes, ut non tam attenta oblatorum vilitate, quàm potiùs promptitudine donantis clementer conſpecta, pro maximis, jure merito Tibi debitorum præconiorum regratificationumque donis, ſolo ſincero offerentium affectu ſis contentus. Iſtam proinde multis optabilem præcelſi Animi Tui Benevolentiam, cum & ego mihi maximoperè conciliare optem, Tibi meo Benefactori, Magiſtro, Promotori, Patrique Optimo ac Ampliſſimo Rectori, Cui pro collatis in me Beneficiis, pro ſincera in Philoſophicis & Theologicis Scientiis Inſtitutione, pro gratioſa mei ad

gra-

gradus & Collegia Promotione, pro singulari quibusvis in occasionibus Patrocinio & Protectione totam vitam me fateor debere: non Tomos amplissimarum Laudum Tuarum offero, sed immortales Gratias & perenne obæratæ gratitudinis studium, quod Tu PATER Benevolentissimus prout semper æqui boniq; facere, ita benignè acceptare soles, in brevi duntaxat Sententiarum controversarum pagella pro magno ac solemni Clientalis obsequii Donario, una mecum Auditoribusque meis subjicio reverenter, & consecro officiosissimè, Qui quantumvis sese studiosos Controversiarum profiteantur, ad Celebritatem tamen Sancti Principis CASIMIRI Tutelaris Tui, Tuo Nomini cum suo Professore applaudentes, cum eodem extra omnem controversiam in unum erga Te votivum cultûs & applausûs consentiunt argumentum, nimirum: ut accedente præpotenti Divi Ejusdem Principis Tutelaris interventu, Sanctæ Ecclesiæ in Decus & ornamentum, Almæ Studiorum, quam suavissimè regis, Universitati in solatium & tutamen, mihi quoq; cum cæteris Nomini Honorique Tuo militantibus, in subsidium & Protectionem; donet Tibi DEUS Omnipotens in hoc sæculo vitam longævam & felicem. Post longos tandem, duros ac irrequietos, quos pro Bono Ecclesiæ & Academiæ strenuè consueveras subire labores, copiosam in Cœlis mercedem & Gaudium habeto Infinitum. Ita precatur.

Magnificentiæ Vestræ

Obsequentissimus Cliens & servus humillimus.

Author Operis.

Contra sequentes Sententias argumentabuntur

P. C. & Admodum Reverendus Dominus M. STANISLAUS PATELSKI, Sacræ Theologiæ Professor, Collega Major &c. interea Facultatis Philosophicæ Regens & Ordinarius Politicæ Professor.

I. C. & Adm. Rdus Dnus M. ADAMUS JAGIELSKI Philiæ Doctor Ordinarius Cursûs Mathematici Professor, Collega Minor Geometra Juratus &c.

Respondente ad Objecta V. D. Georgio Chudzicki in Phia AA. LL. 2dæ Laureæ Candidato. Sub Assistentia præfati Controversiarum Professoris.

Auditores Controversiarum Peripateticarum.

Excell. D. M. Adamus Gaykowski *Phiæ Doctor & Prfr.*
Excell. D. M. Josephus Piotrowski *Phiæ Doctor & Prfr.*
Excell. D. M. Franciscus Orldowski *Phiæ Doctor & Prfr. Scholæ Arcensis Senior.*
Excell. D. M. Antonius Schulski *Phiæ Doctor & Pffr.*
Excell. D. M. Jacobus Nalepczenski *Phiæ Doctor & Pffr. Scholæ S. Floriani Senior 3tio loco argumentaturus.*
Excell. D. M. Adalbertus Michoński *Phiæ Dr. & Pffr. Scholæ Ssmi Spiritus Senior.*
Excell. D. M. Mathias Tylkowski *Phiæ Dr. & Prffr.*
Excell. D. M. Stanislaus Szpądrowski *Phiæ Doctor & Pffr.*
Excell. D. M. Sebastianus Niemczenski *Phiæ Dr. & Prffr.*
Excell. D. M. Valentinus Bankowski *Phiæ Dr. & Pffr.*
V. D. Georgius Chudzicki *2dæ Laureæ Candidatus, Defendens.*
V. D. Mathias Muszyński *2dæ Laureæ Candidatus.*
V. D. Simon Szydłowski *M. O. Clericus.*
D. Jacobus Potaczewski.
D. Blasius Jurkiewicz.
D. Andreas Kobuszowski.

SEN-

SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ CONTROVERSÆ

Ex Pròémio

Affirmativæ & Negativæ.

I.

Controversia est plurium personarum de una re contentio. *Rao.* quia tunc temporis maximè controvertitur, quando duo vel plures de una re contendunt.

I.

Controversia non est plurium personarum de una re contentio, sed potiùs dubium *Rao.* quia tunc temporis minimè controvertitur, quando priùs de re utrum sit vera vel falsa? non dubitatur.

II.

Controversia rectè dividitur in civilem & Scholasticam. *Rao.* quia quandò duæ vel plures personæ de una re ut sibi propria vel approprianda contendunt, est

II.

Controversia non rectè dividitur in civilem & Scholasticam. *Rao.* quia genera controvertentium videntur esse tria, scilicet: disputantium, litigantium & sui inge-

Controversia civilis, si verò controvertatur de rebus vel nominibus ut solùm cognoscendis, erit controversia Scholastica.

III.

Controversia Scholastica rectè dividitur in Theologicam & Philosophicam. *Rao.* quia si controvertatur ex motivo Religionis circa DEUM, aut res Divinas ac sacras erit controversia Scholastica Theologica, si verò controvertatur ex ratiocinatione naturali vel artificiali circa veritatem rerum naturalium, erit controversia Scholastica Philosophica.

IV.

In præsenti (quâ Philosophis) agendum nobis est de sola controversia Philosophica. *Rao.* quia

ali ostentantium, unde & Controversiæ divisio potior esse debet in disputatoriam, litigatoriam & ostentatoriam.

III.

Controversia Scholastica non rectè dividitur in Theologicam & Philosophicam. *Rao.* quia Controversia Theologica non est dabilis, eò; quod Theologia habeat objectum certissimum & indubitabile, scilicet: DEUM, qualis objecti certitudo nullatenus sub controversiam cadere debet, neque Philosophica, nam res naturales lumine naturali cognitæ circa sui veritatem neminem in controversiam vocare videntur.

IV.

In præsenti (etiam ut Philosophis) non est nobis agendum de sola Controversia Philosophica,

quia nos hìc solùm circa rerum naturalium veritatem cognoscendam controversias instituere intendimus, quod directè ad Philosophicam Professionem pertinet.

ca, sed etiam præterea de civili. Rao quia in præsenti de rebus & nominibus non solùm ut cognoscendis, quod spectat ad Philosophiam, verùm etiam ut nobis propriis aut appropriandis controversuri sumus, quod spectat ad consultationem civitatum.

V.

Controversiæ Peripateticæ controversiîs Recentiorum sunt utiliores. Rao quia Controversiæ Peripateticæ non solùm ad cognoscendam veritatem verùm etiam ad refutandas hæreses & tuendam Fidem Catholicam Sanctæ Ecclesiæ plurimùm profuerunt, quod de Controversiis Recentiorum practicatum non est.

V.

Controversiæ Peripateticorum Controversiis Recentiorum non sunt utiliores. Rao quia esto Peripatetici aliquã veritatem in rebus adinvenerunt vel hæreses suis controversiis confutârunt, tamen maximam Philosophiæ partem (Physica experimentalis intelligitur) quæ diu in abdito latebat in lucem non eduxerunt, prout RR. Philosophi suis controversiîs effecerunt.

SENTENTIÆ PERIPATETICÆ CONTROVERSÆ.

Ex Logica.

Affirmativæ & Negativæ.

I.

Origo formalis Logicæ consistit in Scientia primi hominis originativa, *Rao.* quia Scientia primi hominis nullam ante se præsupponit aliam Scientiam discursivam, à qua oriatur, ab illa verò sicut omnes aliæ Scientiæ, ita & Logica in nos omnes illius posteros successivè derivantur.

I.

Origo formalis Logicæ non videtur consistere in Scientia primi hominis originativa. *Rao.* quia omnis Scientia primi hominis in nos derivata ideoque & Logica præsupponit Scientiam Angelorum discursivam, per quam Angelus illativè cognoscit v. g. hominem non esse Angelum, vel hominem esse inferiorem Angelô.

II.

Objectum formale Logicæ est ens rationis directivum trium mentis operationum. *Rao,* quia juxta S. Thomam Opusc. 56. Logica est de secundis intentionibus, hæ

II.

Objectum formale Logicæ non est ens rationis sed Syllogismus. *Rao.* quia objectum debet esse certum & necessarium, ut & illius Scientia sit certa cognitio rei

hæ autem ſunt ipſum ens rationis cum fundamento in re, & ut directivum trium mentis operationum.

III.

Eſt impoſſibile Genus ſalvari in unica ſpecie, ſi plures ſint impoſſibiles. *Rao.* quia dato, quòd non eſſet poſſibilis niſi unica ſpecies v. g. homo; in tali caſu animal non eſſet gradus communis, nam communitas intelligi nequit reſpectu unius tantùm.

IV.

Subſtantia corporea ſecluſa omni quantitate non caret partibus ſubſtantialiter entitativè extenſis. *Rao.* quia ſi Subſtantia corporea ſine quantitate haberet aliquas partes ſaltem ſubſtantialiter entitativè extenſas, tunc in eadem Subſtantia corporea præciſa quantitate daretur

com-

rei neceſſariæ, quale ens rationis cum ſit fictum, eſſe non poteſt, ſed ſolus Syllogiſmus, in quo ex præmiſſis neceſſariò certa infertur Concluſio.

III.

Poſſibile eſt Genus ſalvari in unica ſpecie etiamſi plures ſint impoſſibiles. *Rao.* quia tota natura Generis reperitur in unica ſpecie v. g. tota natura animalis in unico homine.

IV.

Subſtantia corporea ſecluſa omni quantitate non caret partibûs ſubſtantialiter entitativè extenſis. *Rao.* quia antequam quantitas actu extendat Subſtantiam. Subſtantia corporea eo ipſô quòd ſit ens materiale, jam eſt per ſe ipſam extenſa.

V.

positio accidentalis, scilicet: partium integralium, quod fieri nequit.

V.

Propositiones singulares contradictoriæ de futurô contingenti carent veritate & falsitate determinata. *Rao.* quia istæ propositiones v. g. Petrus cras flebit, Petrus cras non flebit (si adhuc DEUS non determinavit Petrum ad flendum) sunt contradictoriæ de futuro contingenti, ideoqué indifferentes ad verum & falsum.

V.

Propositiones singulares contradictoriæ de futuro contingenti non carent veritate & falsitate determinata. *Rap.* quia per determinatè verum, non est intelligendum illud, quod determinaverunt Voluntas Divina aut humana, sed illud, quod re vera futurum est.

SENTENTIÆ PERIPATETICÆ

CONTROVERSÆ.

Ex Physica.

Affirmativæ & Negativæ.

I.

Ens mobile rectè statuitur pro objecto formali

I.

Ens mobile non est statuendum pro objecto

mali Physicæ. *Rao.* quia Physica per Ens mobile differt ab omnibus aliis scientiis, scilicet: à Logica, quæ de ente rationis à Metaphisica quæ de ente reali ut sic, ab Ethyca, quæ de moribus, à Mathesi quæ de Ente quanto, tractant.

II.

Materia prima caret forma corporeitatis *Rao.* quia si materia prima haberet formam corporeitatis, esset quid compositum cum ea, antequam componeret cum forma substantiali specifica, & sic nec forma substantialis, nec materia prima in composito haberet rationem principii primi, de cujus ratione est esse incompletum, immediatum & simplex.

III.

Formæ Cœlorum à formis sublunarium corporum diversa productione productæ sunt. *Rao*

cto formali Physicæ sed potiùs Substantia naturalis *Rao.* quia Ens quatenus ens non movetur nec moveri potest physicè (nam tali modô & DEUS & Angeli omnesqué spiritus essent mobiles) sed sola substantia naturalis.

II.

Materia prima non caret forma corporeitatis. *Rao* quia materia prima considerata ut pura potentia & prout in hoc statu puræ potentialitatis rebus naturalibus esse corporeum dare non potest, formam corporeitatis sibi omnino attribuendam requirit, per quam res naturales in esse corporis constituantur.

III.

Formæ Cœlorum à formis corporum sublunarium non sunt diversa productione produ-

Rao quia formæ Cœlorum de nihilo per creationem, formæ verò corporum sublunarium per generationem de potentia materiæ sunt eductæ.

ductæ. *Rao* quia tam formæ Cœlorum quàm formæ corporum sublunarium cum sint materiales, per generationem sive eductionem de materia sunt productæ.

IV.

Distantia passi impedit agens naturale agere in passum. *Rao*, quia agens non potest quidquam ponere in passo à se distanti v. g. sol producere aurum in terra, nisi eidem passo sit præsens saltem virtute, si non supposito.

IV.

Distantia passi non impedit agens naturale agere in passum. *Rao.* quia distantia sublunariũ à sole satis est elongata ut clarè patet, & tamen sol in his sublunaribus varios producit effectus.

V.

Causa prima præmovet physicè causas secundas ad operandum *Rao.* quia virtus indita causis secundis ad operandum, dat iisdem solùm posse operari, ut autem actu operentur, egent ad hoc Præmotione Causæ Primæ.

V.

Causa prima non præmovet physicè causas secundas ad operandum. *Rao.* quia causæ secundæ statim ad sui productionem habent sibi inditam virtutem sufficientem ad hoc, ut se se ad actualiter operandum determinent.

VI.

VI.

VI.

Causalitas finis est sola bonitas. Rao. quia sola bonitas uti voluntatis appetitui conveniens invitat illius appetitum ad sui amorem.

VI.

Causalitas finis non est sola bonitas. Rao. quia voluntas ex vi libertatis exercendæ præter bonitatem desiderat etiam & malum ut malum est.

VII.

Repugnat unum corpus esse in pluribus locis simul circumscriptivè. Rao. quia locus cùm sit ultima superficies seu extremitas locati, ita intra se continet locatum, ut illud extra se in pluribus aliis locis manere non permittat.

VII.

Non repugnat unum corpus esse in pluribus locis simul circumscriptivè. Rao. quia cum unitate prioris scilicet: Substantiæ locatæ potest stare pluralitas posterioris scilicet, multiplicatum esse in pluribus locis.

VIII.

Animæ animalium perfectorum sunt indivisibiles. Rao. quia & modus operandi ejusmodi animalium est indivisibilis, quô omnes partes corporis organici appetitui animalis conformiter cooperantur.

VIII.

Animæ animalium perfectorum non sunt indivisibiles. Rao. quia animæ animalium perfectorum sunt materiales, omne autem materiale arguit divisibilitatem.

SENTENTIÆ PERIPATETICÆ
CONTROVERSÆ.
Ex Metaphysica.
Affirmativæ & Negativæ.

I.

Ens est transcendens respectu suorum inferiorum. *Rao.* quia ens ùt ens, includitur formaliter in omnibus inferioribus & illorum differentiis quidditatibusqué.

II.

Principium primum Individuationis Substantiarum materialium est materia signata quantitate. *Rao.* quia materia prima eo ipso quòd signatur hac numerô quantitate, determinatur potiùs ad hanc formam quàm ad aliam, ad hoc compositum, quàm ad aliud.

III.

I.

Ens non est transcendens respectu suorum inferiorum *Rao.* quia ens ut ens non includitur in differentiis suorum inferiorum formaliter, sed solùm identicè.

II.

Principium primum Individuationis Substantiarum materialium non est materia signata quantitate, sed potiùs hæceitas. *Rao.* quia sicut differentia specifica est principium primò constitutivum speciei, ita differentia individualis scilicet hæcceitas primò constituit rem in esse individui.

III.

Anima separata habet appetitum innatum & positivam inclinationem ad reunionem cum corpore, quò ad Substantiam. *Rat.* quia in statu separationis manet entitas substantialis animæ cum capacitate ad informandum corpus.

III.


Anima separata non habet appetitum innatum & positivam inclinationem ad reunionem cum corpore etiam quò ad Substantiam. *Rat.* quia anima obtento statu perfectiori, qualis est status separationis etiam quò ad Substantiam, non appetit statum reunionis cum corpore, qui status est imperfectior illius.

A. M. D. G.

DECANATU

M. CASIMIRI CZERWINSKI Phiæ Doctoris ejusdemque Regii Professoris Collegæ Majoris &c. Artistarum DECANI.





~~Cracoviensis Studiorum Universitas.~~

~~Czerchawski Art. Stud. Sententiae contro-~~
~~versae peripateticae.~~